

05

A

1315





IN NOMINE JESU!

De

MIRACULIS CHRISTI,

Ex Evangelio Dom, XII, Post Trinitatis Marc, 7.

PRÆSIDE

WILHELMO LYSERO, D. & PP.

RESPONDENTE

JACOBO FABRO, DANO.

*Publice disputabitur in Auditorio Theologorum
Sabbatho ante Diſtam Dominicam.*

WITTEBERGÆ,

Typis Johannis Röhneri Acad. Typogr.

ANNO M DC XLVI.

IN KOMMISSION
MIRACULI CARISTI
Ex Evangelio Dom. XII. For. Theresie Marc. 7.

WILHELM O. L. S. D. & P.



The John ...
A. 5. 10



ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

THESIS I.



Magnates Magnificis honorari titulis, improbari nequit; sancti illos & dederunt aliis *Aet. XXVI. 25.* & ab aliis receperunt. *Gen. XLI. 43.* Atque desumuntur isti Tituli vel à gratiâ & clementia ut dicantur *εὐεργέται L. XXII. 25.* Gratiōssimi clementissimi; vel à potentia atq; appellantur *μεγάλοι Mat. XX. 24. δυνασταί Aet. VIII. 27.* Potentissimi Invictissimi. Sed utraq; nempe & clementia & potentia eorum *dependens* est, quod ipsi agnoscunt, quando Nos *DEI gratia*, suis nominibus præmittunt: Sicut & ejus admonet Regem Nabuchodonosorem *Daniel II. 37. DEUS cælorum, regnum, potentiam & fortitudinem & gloriam dedit tibi*, vel si agnoscere noluerint, impletum in illis mox cernitur istud *Luc. I. 52. καθεὶς δε δυνασας ἀπὸ θεόνων*, quod suo proprio exemplo docet, supra dictus Assyriorum Rex. *Dan. IV.* Non ergo *Superlativi* hic absolutum quid notant, sed valde *limitatam* & gratiam & potentiam, illam quandoq; Luna (ita enim humana voluntas comparata est) mutabiliorem & in sævissimam Tyrannidem degenerantem; aut in affectu sine effectu consistentem; hanc vero non ultra limites regni sese extendentem, nec supra arenæ tumulos adscendentem: imo ne in ipsis limitibus quidem semper validam, vel hoste fortiore ipsam dejiciente, vel ne subditis quidem eandem agnoscantibus, verum rebellantibus. Illi ipsi *Invictissimi & Potentissimi* Reges, exigua febricula vel puerili morbillorum morbo illos invadente, plane dejiciuntur, totiq; mundo quam impotentes invalidiq; sint ostendunt. Ut ita honorificentissima elogia sapissime sint inanis in aere sonus, ærisq; timitus & vanus sine re titulus.

II. Non sicut hæc pars Jacob, dicimus nos cum *Jeremia. c. X. 16. LI. 19. & Israhel virga hereditatis ejus: Jehovah exercituum nomen ejus. Secundum vero nomen tuum DEUS, sic laus tua super fines terræ: ipse acclamat Rex magnus Ps. XLII. 11.* Apud istos plus in verbis

A 2

quam

quam in rebus: hic vero verba, quæ rem exhauriant, invenire impossibile. *Glorificantes Dominum exaltate*, ait *Iesus filius Simeonis*. Hierosolymita c. XLIII. 32. *Glorificantes Dominum exaltate, quantum potestis, excedet enim & amplius. Et exaltantes eum multiplicare invidiis. Ne laboratis* (potius, ne fatiscite ne delassemini cum *B. Luthero*, *lasset nicht abe ex altera vocis κεννάω* significatione *Job. IV. 6.*) non enim assequemini. *Quis vidit illum & enarrabit? & quis magnificabit eum sicuti est.* αὐτὸς, ἐστὶ τὸ πᾶν dixerat. v. 29.

III. Ipse ergo sicut *Rex Regum & Dominus dominantium* (respectu vero ipsius omnium ipsi servientium) vere est & recte dicitur: ita etiam omnia omnium Regum Elogia ipsi verè, & supra superlativum, gradu infinites humanæ mentis aciem exlupe- rante conveniunt: Ipse CLEMENTISSIMUS: Ipse POTENTISSIMUS, CLEMENTISSIMUS ita, ut omnes modi benignitatis & clementiæ ei attribuantur, hinc dicitur *misericors & gratiosus & longus narium, & multus misericordia & veritate: servans misericordiam millibus.* Ex. XXXIV. 6. Num. XIV. 18. Ps. XXXVI. 15. CIII. 8. CXLV. 8. Nebem. IX. 17. Joel. II. 13. Jon. IV. 2. Ita clementissimus ut in abstracto sit ipsa clementia, ipsa benignitas, caritas ipsa. *Job. IV. 8.* est ergo non per aliquod superveniens, sed per ipsam essentiam bonus; benignitas ipsa ejus essentia est. Magna ergo omnino est & vere magna, quia tanta quantum ipse nempe infinita. Unde *Chrys. Hom. 2. in Ps. 50. Miserere mei DEUS secundum magnam misericordiam tuam. Dixisti magnam, edicito quantum. Quanta sit nescio quod grandis est, novi. Quantum autem non valeo apprehendere, nescio magnitudinis quantitatem, non comprehenditur verbo.*

IV. POTENTISSIMUS idem est, ut omnia nomina potentiam robur & fortitudinem apud Hebræos significantia eidem tribuantur, ipseque; הַיָּהוָה & הַיָּהוָה הַיָּהוָה DEUS fortis & fortitudine sibi sufficiens dicatur. Non est potens sed omnipotens ὁ παντοκράτωρ, & quidem solus: inde appellatur *μόνος δυνατός*, *Tim. VI. 15.* ab ipso etiam Ethnico Orpbeo apud *Euseb. l. 3. de Prepar. Evangel. c. 3. Unus est Omnipotens.* Atque ita omnipotens est ut omnipotentia sit ipsa ejus essentia; ideoque sicut & ista infinita: sicque Omnipotens est in sese; sed & Omnipotens est in omni objecto absolute possibili etiam si intellectum nostrum excedat, potens enim est

ἐστὶν ὑπὲρ πάντα νοήσους ὑπὲρ ἐμπειροῦσιν αἰθερίας ἢ νοῦμεν καὶ
τῆ δυνάμει Eph. III. 20. Illam vero potentiam quæ superabun-
danter supra nostram captum & plusquam possumus petere, po-
test; ad illam, inquam, *Et eloquendam sermo silet, Et investigandam
sensus bebetatur, Et complectendam intelligentia coarctatur;* ut illud
Hilarij, *De Pat. & Fil. Unitate*, huc accommodemus.

V. In operationibus nobis utramque manifestavit DEUS,
ut quam in ipso ob nostram incapacitatem comprehendere non
possumus extra ipsum in operibus deprehenderemus. Demon-
stravit *Potestatem & Dignitatem in Creatione*, ex nihilo quæ sine
creando, creata secundum Naturam suam conservando, pro li-
bera voluntate tamen quandoque eorum Naturam mutando:
Istud in creatione, illud in conservatione, hoc in miraculorum
operatione perficit, seseque DEUM OPTIMUM MAXIMUM
ostendit. Demonstravit *Potentiam & multo magis Clementiam
in Recreatione*, filiam in mundum è virgine mittendo, & ita ipsi
ordinem Naturæ immutando, ut finita Natura in infinita
persona subsisteret, vita moriendo vitam repararet, & Humana
Natura ad infinitam Majestatem divinam, ad salutem nostram
perficiendam, exaltaretur: Ut vero corda hominum ad fidem in
Messiam adducerentur, maximis *miraculis*, (quæ nihil aliud sunt,
quam *infinitæ Potentiæ & Misericordiæ certissima testimonia*) ista
omnia, ipse Messias probavit atque demonstravit. Digna certè,
quorum Natura penitus à nobis consideretur, ad plenius perci-
piendum *DEI nostri & Christi infinitam omnipotentiam atque clemen-
tiam*: Agamus ergo occasione crastini *Dominicalis Evangelij* (quod
Marco proprium ipsum compendiosum ex scriptorem *Matthæi*
hauri fuisse, ostendit) ex Eodem.

DE CHRISTI MIRACULIS.

CHRISTUS JESUS Virtute divina verbi sui, ape-
riat impedimenta nostræ infirmitatis, ut divinam ipsius
potentiam atque gratiam, ex factis ejus agnoscamus
semper atque celebremus.

A 3

ESH.

VI. Cum mutum & surdum hunc sanasset CHRISTUS, præcepit spectantibus *ne cui hac dicerent*, prohibet idem sanato leproso & quidem cum gravi & cum irato gestu conjuncta comminatione *Marc. I. 43. 44* similis prohibitio cū comminatione, duobus cæcis facta legitur *Mat. IX. 30.* & in casu parallelo, quamvis videatur interminatio ad dæmonia spectare *Marc. III. 12.* pater tamen *Matth. XII. 16.* prohibitionem istam generalem fuisse. In prima ergo cujuslibet thematis Tractatione, in quæstione An sit, quæritur recte, atque ita hic, *an de eo & nobis agendum sit?* Sed facilis est Responsio; Alibi Salvator publicationem mandavit dæmoniaco sanato *Mar. V. 19. 20.* cujus & obsequium ibidem laudatur: sicut & laudem meretur, quando sub finem divina virtus publice ab hoc populo, deprædicatur. Non ergo *simplex & absoluta prohibitio* censenda sed cum certa limitatione accipienda; Vel *ratione subjecti & personæ* ad id non vocata *M. IX. 30* vel *ratione modi*, qui alius præscriptus fuerat *Marc. I.* vel *ratione finis*, qui ob affectum indiscretum, carnalia tantum spectabat *b. l. v. 36. Mat. XII.* vel *ratione temporis* in statu Exinanitionis. *M. XVII. 9.* Jam ergo causis istis deficientibus, ad gloriam glorificati Messiae omnino pertinet, in Ecclesiis & Scholis Miracula Christi considerare & deprædicare.

VII. Quod & nos hac vice facturi ea ita definimus. *Miracula Christi sunt beneficia divina, ab eo propria & libera potestate, per humanitatem edita, Nature ordinem excedentia, Messiaeque gloriam demonstrantia.* Explicamus jam ordine.

MIRACULA CHRISTI.

VIII. *Miracula*, ex v. 17. *ἡνω ληλυκὰ* obstupefacientia, ab effectu dici possent, sicut *Philoni* *ἰεαμα ἐκπληκτικώτα τον* dicitur. Ad verbum dicuntur *ἰεαματα*, quod in admirationem homines rapiant: *τὰ ἰεαμαίγια* *Matth. XXI, 15.* appellantur. Dicuntur etiam *δυναμεις* *Efficacitates virtutes* *Matth. XI. 21. 23. XIII. 58.* à causa *Efficacitate*: vocantur *ἰασεις* *sanationes* *L. XIII. 32.* à certa materia: appellantur

pellantur *παράδοξα* Inopinata Luc. V, 26. à forma: nominantur *σημεία* signa à sine Matth. XII. 38. 39. ut & *τεράτα* portenta Job. IV. 48. à subsecuturo eventu Nomen vero *Miraculi* accipitur vel latissime pro quovis eximio opere, humana etiam industria perfecto, sicut ita *septem mundi miracula*, olim decantata erant: vel late, ut significet tale opus, cuius vera causa nos latet, ut ita *falsa miracula*, per æquivocationem sic dicta, hoc nomine etiam insigniantur, sive non sint id quod videntur, glaucomate oculis objecto: sive sint, quod videntur, non tamen per infinitam producantur potentiam, sed per naturales nobis licet occultas causas. Vel strictè & proprie dictum miraculum, quod per infinitam virtutem perficitur, denotat *Scholastici* distinguunt inter *Mirabilia* & *Miracula*: illa appellant miracula quoad nos, hæc miracula simpliciter: illa fiunt præter ordinem Naturæ alicujus particularis, quantum ad modum faciendi, per incognitam nobis & instantaneam activorum ad passiva, modo nobis non apparente applicationem; hæc sive in instanti sive successive, per operationem infinitæ virtutis, præter ordinem Naturæ creatæ vel quoad hunc actum, vel totius quandoque, quoad ipsum effectum. Vid. *Thom. part. I. q. 110. art. 4.* Nos insuper addimus hic determinationis gratia, *Christi miracula* ut de veris & propriis, nos hic acturos constet; atque in specie de illis quæ ad N. T. ejusque initium spectabant, illique juxta prophetica vaticinia conjuncta esse debebant.

SUNT BENEFICIA.

IX. Genus hoc populus nobis suppeditat, *καλῶς πάντα ποιήματα* inqviens. Miracula ergo sunt *ποιήματα* & effectus operantis, sicut omnes creaturæ ita appellantur *Rom. I. 20.* quippe effectus illius, qui & tunc omnia benefecit. Inde, miracula in genere *ἔργα* sæpissime apud *Jobannem*, quinqvies uno capite X. & quidem ab ipsis etiam Christi hostibus, appellantur ut & *ἔργα* *τῆς πατρὸς* Job. VIII. 41. quæ pater ipsi dedit J. V. 36. & in genere *τὰ ἔργα* *τῆς θεῆς*. Job. IX. 3. *ἔργα χειρῶν* Matth. XI. 2. & Christus appellatur *δυνατὸς ἐν ἔργῳ* L. XXIV. 19. Sunt vero ut opera ita & *miracula* DEI gemina, quædam iram, alia gratiam spectant, utraqve
infi.

Infinitam potentiam arguunt. Et iræ quidem miracula in V.T. fuere frequentia, facta illa in aqua, mundum primum delente Gen. VII. in igne, Sodoma evertente Gen. XIX. in terra, hiatu suo Corch & socios absorbente Num. XVI. in aere, lapidibus grandinis Cananæos interficientibus Jos. X. II. in caelis, Sole & Luna stantibus quoad usque Cananæi consumti essent. Historia Pharaonis cum primis ejusmodi horrendis miraculis plena, quæ decuplices Ægypti plagas pepererunt. Exod. VII, VIII, IX, & seqq.

X. *Novum Testamentum gratia* tempus est 2. Cor. VI. 1. *ναρρὸς ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν σὺν τῇ χάριτι.* De hujus Testamenti miraculis agimus ac proin *opera gratiosa*, definimus Scripturâ ipsâ eadem *εὐεργεσίας* beneficii nomine insigniente Act. IV. 9. unde Christus *εὐεργεστῶν* Act. X. 30. ab illis beneficiis appellatur. Hinc prohibet miraculose ignem de cælo deducere, ad consumendos Samaritanos, licet erga antea exhibita miracula ingratos, & urbe ipsum excludentes, quod tamen fecerat Elias 2. Reg. I. 9. Ad quod provocantes insignes duo Apostoli Jacobus & Johannes, se vere à Christo castigantur ἐπιτιμῶν ἐν τῷ ἁγίῳ & increpabat eos. Addita insuper gemina ratione, quod tam sui, gratiam acqvirentis; quam Spiritus S. gratiam applicantis, officium, ejusmodi iræ opera exserere, non permittat. Permissio Dæmonibus facta sives invadendi Luc. VIII. 33. ut & arefactio ficus Matth. XXVII, singulari de mysterio non in poenam ex ira, sed dehortationem hominum ex gratia profecta fuerunt. Spiritualia ergo beneficia, quæ his ipsis continentur, uti & in reliquis subintelligenda occurrunt Matth. IX. 17. IX. 2. principaliter spectanda: hic surdo auditum etiam internum, ad verbum DEI recipiendum; muto loquelam ad DEUM de prædicandum restituit. Alia ratio *secundi Adventus* erit, in quo ira erga contemtores gratiæ effundetur. Tandem si quis Miraculorum Christi genus Actionem gratiosam DEI virilem, faceret, quam optime genus determinaret.

DIVINA.

XI. *Causa efficiens* miraculorum vere & proprie sic dictorum, *sola divina & infinita potentia* est. Tempore Augustini aliqui Deum visibi-

visibilia miracula edere, negasse ob invisibilitatem videntur,
contra quos l. 10. d. C. D. c. 12. ita scribit: *Non audiendi sunt, qui Deum
in visibilem visibilia miracula operari negant, cum ipse etiam secundum
ipsum fecerit mundum, quem certe visibilem negare non possunt.* Et post
pauca: *Quamvis itaque miracula visibilium naturarum, videndi assidui-
tate viluerint: tamen cum eas sapienter intuemur, inusitatissimis mirabi-
lissimisque majora sunt.* Quapropter DEUS qui fecit visibilia caelum & ter-
ram, non dedignatur facere visibilia miracula in caelo & in terra, quibus
ad se invisibilem colendum, excitet animam ad huc visibilibus deditam, ubi
vero & quando faciat, incommutabile consilium penes ipsum est. DEI
ergo miracula agnoscenda, in rerum creatione, conservatione,
immutatione; quae hic specialiter à nobis attenduntur, atque DEO
soli & infinitae ejus virtuti vindicantur. Unde non tan-
tum Exclusiva praedicatione additur, quod faciat mirabilia *אֱלֹהִים* solus
ipse Psal. LXXII. 18. CXXXVI. 4. sed etiam subjectum ita ab aliis
tum negative tum exclusive discriminatur. Ps. LXXXVI. 8 10 *Non
est sicut tu inter DEOS Domine, nec secundum opera tua.* Quoniam
magnus tu, & faciens mirabilia: tu solus DEUS. Res ipsa idem
testatur: vera enim miracula sunt, quae praeter ordinem Naturae
vi infinita fiunt: E. à solo DEO proficiscuntur. Nec enim, ut
ait Maximus serm. de Epiphania. *potest mutare Naturam, nisi qui Domi-
nus Naturae.* Quod omnino evidens, cum conservatio Naturae
fiat per infinitam virtutem: utique non nisi eadem vel aequae infi-
nita altera, imò major (quae omnia dari, simpliciter impossibile)
virtus sit necesse est, quae conservatricem hanc potentiam infi-
nitam in ordinario suo cursu inhibere & mutare possit, Tertullia-
no pro in lib. de carne Christi, *plus est demutare Naturam, quam face-
re materiam.* Ut ergo creationem opus divinum infinitae poten-
tiae aestimamus: ita & patrationem miraculorum ejusdem poten-
tiae infinitae opus agnoscamus.

XII. Occurrunt vero multa mirabilia in hoc mundo, inter
ipsas etiam res naturales, perpetuo se eodem modo habentes, quae
excedunt vires mentis humanae, ut eorum ratio reddi non possit, prout
loquitur B. Augustinus, & catalogum eorundem bene longum te-
xit l. XXI. de C. D. c. 5. Et cum c. 6. ageret de lucerna Veneris in ex-

B

tingvibili

tingvibili, ait: aut in lucerna illa mechanicum aliquid de lapide Asbesto;
ars humana molita est, aut arte magica factum est; aut dæmon quissiam
sub nomine Veneris tanta se efficacia præstavit. Ut ita & naturalia, & ar-
tificialia, & magica, & immediate diabolica, imo & angelica vir-
tute producta admiranda inventantur, quæ ordinem Naturæ in
creatione institutum haut mutant, nec infinitæ virtuti proin ad-
scribenda sint: ideo diligenter in naturam vere divinorum mi-
raculorum inquirendum & quomodo ab istis discernenda sint,
indagandum. Ubi sane quædam sunt satis evidentiæ, ut solis sta-
tio, retrogressus, maris divisio, defectuum Naturæ in conforma-
tione commissorum restauratio *Job. IX. 32.* illa omnia itidem,
quæ in scripturis annotata, probatione non indigent. At vero si
miracula in sese considerentur; facilius quidem dicere possumus
quæ sint falsa miracula seu mendacii 2. *Thess. II. 9.* (Nempe quan-
do ratione *forma* præstigiæ interveniunt; ratione *finis*, vero ad se-
ductionem tendunt *Deut. 13. 1.*) quam quæ sint vera miracula;
cum Naturæ totius vires atque ordo in creatione institutus no-
bis non sit penitus cognitus atque perspectus; ut evidenter sem-
per scire queamus, esse præter universalem Naturæ seriem, & su-
pra omnes ejusdem vires; vel certe in hoc actu Naturæ vires, quæ
alioqui id etiam efficere potuissent, adhibitas non fuisse. Sic na-
tura gravium, ut ferri, est deorsum tendere; at infantem glo-
bulum, gigantem magnam molem, spiritum igneum (multo ma-
gis incorporeum DEO permittente) majorem tollere posse &
projicere; imo & *simulacrum ferræum, lapidibus magnetibus in solo &*
in camera proportionem magnitudinis positus pendere, ut *Aug. iterum l. 21.*
d. C. D. c. 6. loquitur, non est miraculum divinum: natam tamen
ferrum, verum miraculum erat 2. *Reg. VI. 6.* quia à DEI viro, nul-
lo naturali adhibito medio, id efficiebatur.

XIII. Illa ergo miraculorum divinorum certissima proba-
tio est, quæ ex verbo DEI desumi potest, unde maxima illa Theo-
logica observanda venit: *Miracula nihil probant sine verbo.* Quod
& Pontificiis, *miracula Ecclesie Notam* constituentibus, opponere
solemus. Eum enim in finem miracula à DEO adhibentur, ut
primo negligentia hominum excutiat miram videndo, audiant
inde eo diligentius quæ DEI nomine proponuntur & cum scri-
pturis

pturis conferant, sic miracula divina fuisse colligent, & ut sigilla verbi habebunt & agnoscent. Eleganter *B. August. l. 22. de C. D. c. 8.* *Hæc ut fidem facerent innotuerunt, hæc per fidem quam fecerunt multo clarius innotescunt.* Atque ita hodie quando verbum DEI in Novum Orbem ad idololatrias defertur, miracula vere divina patrari, nostrates non negant; cum ad verbum DEI probandum à DEO concedantur, & per verbum DEI quod vera sint probentur.

XIV. Christi porro præsens miraculum, quando surdo auditum, muto loquelam verbo restituit: non fuit morbi sanatio naturalis, siquidem media quæ adhibet (si meri hominis sputum, digitus, vox fuisset) effectum istum, juxta ordinem Naturæ, producere non potuissent. Audientibus mandata per hominis vocem dari possunt; non audiens hominis mandatum, haut quæquam percipit, frustra que ad non audientem verba imperativa proferuntur, frustra ad linguam ligatam, etiam audientis, deferuntur. Sed nec diabolicis viribus & artibus, supernaturales illi effectus adscribendi veniunt, quod Christus ipse validissimis argumentis adversus calumniatores ex debellatione Satanae *M. XII. L. XI.* eyicit. Relinquitur ergo quod per infinitam divinam virtutem, vera miracula ediderit: quæ & cum verbo conjuncta fuerunt. Nos, qui Christiani sumus, ex Evangelica historia, prædicationem de Christo Johannis Baptistæ, quæ sine miraculis facta; congregationem etiam primorum discipulorum, Christum, ut Messiam recipientium *Job. I.* ipsum Christi primum miraculum *Job. II. n. h. c.* signum externum in oculos incurrens, præcessisse *Matth. IX. 35.* & fundabantur illa Messia miracula in verbo V. T., in quo prædictum hoc de futuro Messia fuerat, quod ut DEUS, divina sit editurus miracula *Es. XXXV. 4. 5.* *Ecce DEUS vester veniet, ipse veniet & salvos faciet vos. Tunc aures surdorum patebunt, & dicet præconia lingua muti* Quæ ipsa (ut & spiritualia miracula, ad quæ externa omnia directa supra diximus) hoc inferunt: *Ut videant & sciant & reponant, & intelligant pariter quia manus Domini fecit hoc: & sanctus Israel creavit illud. Es. XLI. 20.*

A CHRISTO PROPRIA ET LIBERA POTESTATE.

XV. Vere Divina fuerunt miracula, quæ Moses Elias & Apostoli ediderunt. Ergone par ratio eorum quoque quæ Christus? Photiniani quidem id statuunt, atque vel nullam vel gradualem differentiam admittunt; cum nos toto genere, prout principale ex se agens, ab inferiore per alienam virtutem operans differt, distare asseramus. Præterquam enim quod Christus quædam miracula, immediate divinam in ipso Naturam probantia, ediderit, ut sunt exsuscitatio sui ipsius, & Missio Spiritus S. quæ nullus etiam sanctissimus cum ipso habere communia potest: in illis ipsis etiam operibus in quibus *credentes eadem vel majora faciunt Job. XIV. 12.* Christi opera ab illis infinite distant 1. *Ob propriam potentiam*; Christus enim ex propria infinita virtute miracula edidit, ac proin utitur verbis Imperativis Ephphata: vel ut in parallelo casu surdi & muti demoniaci id exponit, *Mar. IX. 25. Surde & mute spiritus ego precipio tibi*: ex quo imperandi modo colligit populus *Matthi. VIII. 25. mare & ventos ipsius Imperio subesse*. Sicque nota est supremi & illimitati domini, quod eodem modo ut Pater subjectas sibi creaturas habeat: & per æternam generationem non ex adventitia aliena donatione, sed naturali & essentiali proprietate, *τῶντα* cum Patre atque *ὀνομας* operandi *Job. V. 17.* potentiam acceperit. Unde & Apostolis potest conferre illam miracula *δυναμῶς* edendi virtutem, per potentiam alienam, illius qui miracula faciendi potestatem, ex divina ubertate, aliis elargiri potest, ipso etiam ut principali cooperante *Mar. XVI. 20.* unde in nomine Christi miracula ediderunt Apostoli, *Act. III. 6. In nomine Jesu Christi Nazareni h. e. ex ipsius autoritate, surge & ambula*. Expresse proprietatem illius potestatis à se removeant *v. 12. quid mirumini in hoc quasi idcirco duxeris fecerimus ambulare eum*. E contrario quam sibi potentiam negant *idcirco*, Christi nomini vendicant *v. 16. in fide nominis ejus, hunc quem videtis & nostis confirmavit nomen ejus & fides quæ per eum, dedit illi integritatem hanc* 2. *Ob voluntatem liberrimam*, quam Christus in miraculis perpetrando habuit, unde preces ad sese dirigi permittit, illas admit-

tit

tit sine ista conditione, si velit is à quo potestatem ex gratia faciendi habet; atque ad aliam nullum provocat, sed solum suam voluntatem per verbum mandandi indicat: quæ propter & suam illam voluntatem ab aliis in precibus attendi vult. *M. VIII. 2.* ipsi sibi vero in illa libertatem tribuit *Job. V. 21.* In Apostolis & aliis *fides miraculosa activa Matth. XVII. 20. 1. Cor. XIII. 2.* quæ nititur alterius potestate & voluntate, requiritur: ad Christi miracula tantum requiritur *fides miraculosa passiva Mar. IX. 23.* quæ si absit miracula non ita multa edit *Matth. XIII. 58.* aliqua tamen quandoque, veluti *L. XXII. 5.* ut appareat intermissionem non ex defectu potestatis; sed voluntatis esse. 3. *Ob supremam gloriam*, quam suam esse Christus per ista miracula demonstravit *Job. II. 11.* unde hic à populo admittit *δοξολογίαν*, *Omnia bene fecit*, quæ solius DEI creatoris propria est *Gen. I. 31.* Gloriam vero suam DEUS alteri extra se non concedit *Es. XLII. 8.* Apostoli proin cultum divinum ob miracula sibi exhiberi admittere, nec debuerunt nec voluerunt: quod Paulus & Barnabas diruptis vestimentis, magno cum clamore asserunt. *Viri quid hæc facitis & nos mortales similes vobis sumus homines Act. XIV. 14.* Christus vero ex suis inferri vult miraculis, quod ita à DEO sit ut nullus alius hominum *Job. III. 2. IX. 32.* quod DEUS sit quia patris opera faciat, quod ipse & pater unum; quod ipse in patre & pater in ipso; quod DEO patri æqualis *Job. V. 18. 36. X. 30. 32. 38.* ut omnes honorificent filium *καθὼς Patrem Job. V. 23.* Quæ omnia Christum ex propria infinita virtute, miracula sua edidisse evincunt.

PER HUMANITATEM EDITA.

XVI. *Calviniani ingenui* Humanam Christi Naturam aliquid divini in miraculis egisse plane negant, *Daneus, Sadeel, Gravius, Polanus.* Et hic sane *l. 6. c. 58. syntagm. vi humana Natura, naturalibus ejus viribus, miracula eam non edidisse* probare, frustra conatur; cum nullus nostratum id unquam somniaverit; sed quæstio hic sit de communicata *δυνάμει Act. X. 38. Apoc. V. 12.* quæ *δύναμις θαυματουργική* ab humanitate egreditur *Mar. V. 30. &* per illam Imperativus humana voce editus, suam accipit efficaciam

etiam *Luc. IV. 36.* Absit hic ut cum Calvinianis nonnullis dicamus, Humanitatem Christi tantum in hisce instrumentum fuisse, auribus vel oculis hominum demonstrans, quid DEITAS λόγος efficeret! Absit ut *Danaei* impiam approbemus vocem, ad miracula istam non plus contulisse, quam virgam Moysis ad ipsius miracula. Itane de humanitate Christi, personaliter λόγος unita, ut de baculo Aaronis, de stipite, de trunco loqui decet? Certe non illa de causa sanctissimos digitos atque manus hic adhibuit, inanus hominis viventis efficit opera animatae substantiae propria, quia hominis animati propria: quidni manus Christi omnipotentis DEI filii, opera divina vere perficeret? Non illae manus vox atque digiti ut nudi hominis aestimandi sunt. Sunt divinae manus, sunt digiti dextrae Excelsi, est vox omnipotens, vox vivifica; qui enim ore loquitur atque manu tangit DEUS est, dextra DEI, virtus & vita est; ideoque tangendo & loquendo surdo auditum, muto loquelam, imo mortuo Lazaro vitam restituit: ideo *carne* suam *vivificam* Salvator asserit. *Job. VI. 51 55.* Hoc enim & similibus miraculis, demonstravit Salvator, in ipso opere, veritatem istius effati, adeoque ipsum nil quicquam continere, quod non sit salutiferum, ut ipsum sputum vitam possit afferre, si velit. *Spuerbat quidem ut homo, sputamentum tamen illud divinum erat, siquidem per illam salivam oculos caeci sanavit ait Athan. Orat. de blasphem. in spir.* Hinc cognoscit ἐν ἐαυτῷ ἴν' ἐξ αὐτῶ δύναιμι ἐξελεῖσθαι. *Marc. V. 30.* & ait tetigit me aliquis: nam ego novi δύναιμι ἐξελεῖσθαι ἀπ' ἐμῶ. Utiq; humanitatem attingebat simbria; quae Haemorrhousae manu tangebatur; utique secundum Humanitatem, juxta status Exinanitionis conditionem & virtus exiit atque cognovit, quod aliquis eum tetigerit, & quod virtus exiret; utique ergo virtus illa per Pronomina ἐξ αὐτῶ, ἀπ' ἐμῶ ad eandem humanitatem refertur. Sicut ergo anima propter unionem actiones suas communicat corpori, & non nisi per corpus eas exserit: ita propter arctiorem unionem personalem, Deitas operationes suas communicat Humanitati, & non nisi per illam eas exserit, gloriaque divinitatis per humanitatem refulget, quod veteres simili de ferro cognito explicabant. *Vid. Gerb. Exeg. L. IV, §. 230.*

NATU-

NATURÆ ORDINEM EXCEDENTIA.

XVII. Ita objectum harum operationum determinandum est, alioqui vera miracula non erunt: *Gratie opera*, ad Naturæ ordinem non spectant; male ergo à Calvinianis de gratiosa Christi vel Sacramentali corporis Christi præsentia hic agitur, quamvis analogiam inter ista & miracula agnoscamus. *Præstigia*, in quibus nihil efficitur, ordinem Naturæ non excedunt, oculis tantum glaucoma objiciunt. *Ars* Naturam adjuvat, illa deficientem nihil porro præstare potest. *Spiritalis creatura* omnem humanam exsuperat industriam, illâq; majora producere potest; sicq; in aliquibus Naturam prout nobis nota; non tamen prout à Deo ordinata excedere. Quicquid vero totum ordinem Naturæ à DEO in creatione impressum excedit, ut vel effectus talis sit, vel effectus quidem alias secundum ordinem Naturæ etiam produci possit, hic & nunc vero ita non producat, hoc miraculum infinitæ quæ divinæ potentie opus censendum. *Prioris generis* miracula in sanatione defectuum incurabilium, eum primis qui à Natura ipsa in primâ conformatione commissi sunt *Job. IX. 31.* occurrunt; *posterioris generis* vero in sanatione morborum, forte alias per medicamenta quovis sanabilium, hic vero per media vel nulla vel verbalia vel ex Natura ad effectum vel certe tam cito producendum non comparata, sublatorum. Quod si noster surdus & mutus ita natus, ad prioris generis miracula omnino pertinet tali statim articulatam loquelam conferre; quamvis, si vel maxime superveniens fuisset morbus, imò & naturalibus mediis alioqui sanabilis; hic tamen & mediorum & temporis ratio ostendunt miraculosam hanc actionem fuisse. Verus fuit morbus, nulla præter verba, sputum, digitum adhibita remedia; nullæ hic præstigiæ, nihil superstitionis, nihil doli, nihil Magicum, ut vel ex Magia naturali occulta remedia admota fuissent, quod juxta leges historię utique alias Evangelista noster addidisset, vel diabolica adhibita fuissent; cum dæmonis surdi & muti maleficia sicut *Marc. IX. 25.* ita & hic destruat. Ergo relinquitur quod ordinem Naturæ hæc actio excedat, & soli infinitæ potentie non pro subjecti vel mediorum conditione, sed juxta libertatem

ram voluntatem agentis, adscribenda sint; juxta quam Salvator
noster vel solo verbo sive præsens *Matth. IX. 6.* sive absens *Mat. II. X.*
13. vel solo tactu sive activo *Matth. VIII. 15.* sive passivo *Marc. V. 19.*
vel adhibitis mediis sive quantitate *J. VI. 10.* sive qualitate *Job. IX.*
7. ad effectum illum producendum in idoneis; miracula Natu-
ræ vires & ordinem excedentia liberrime edidit.

MESSIÆ QVE GLORIAM DEMON- STRANTIA,

XIIX. Messiaë temporibus miracula à Prophetis assignata,
Es. XXXV. quod Christus sibi accommodat *Matth. XI. Luc. VII. 21.*
res ipsa atq; eventus demonstrat *Matth. VIII. 16.* Petrus approbat
Act. X. 38. Elucescit ergo gloria Messiaë ex miraculis in eo quod
inde colligitur; 1. Jesum Nazarenum esse verum Messiam, *Job. II.*
ii. IX. 3. XI. 4. 40. 42. 2. Eundem esse verum DEUM *Job. V. 17.* 3. Hu-
manitati divinam Majestatem esse communicatam, & per illam sese
exerere *Job. V. 8. 19. 27.* 4. Ejus Officium esse, ex potestate quam ha-
bet, homines à peccato liberare *Matth. IX. 6.* 5. Ipsum & ante
hæc beneficia corporalia hominibus in creatione exhibuisse atq; in
Providentia etiamnum secundum Deitatem exhibere & secundum
utramq; Naturam in statu Exaltationis exhibiturum esse & eadem
etiam spiritualiter hominibus conferre. Ita ergo hæc gloriaë mani-
festatio in statu Exinanitionis, in scintillis quasi miraculorum, par-
ticulariter quandoque juxta ejus voluntatem emicuit, unde et-
iam & hic & alibi absolute Universalis prædicatio prohibita: in
statu Exaltationis, quando per Apostolos universale ejus domini-
um divinum, toti orbi manifestandum, fuit; universaliter per
miracula apud incredulos, ista ejus gloria confirmata quoq; fu-
it; qua confirmatione perfecta totoq; mundo credente, finis iste
miraculorum eoq; spectantes promissiones jam plerisq; in locis
cessant: & cum prodigia mendacii, AntiChristo assignata 2. *Thess.*
II. si quid mirabile contingat, probe ne decipiamur attendendum
erit.

ΠΡΑΞΙΣ.

XIX. Faciant ista ad summam consolationem firmandamq; fi-
duciam

68. Quartus error circa materiam est, quod panis azymi necessitatem imponant Pontifices Romani. Non quidem illum rejicimus; Verum de essentiâ & simplici necessitate S. Coenæ esse, ut panis sit azymus, id negamus.

4. Panis azymi necessitatem imponere.

69. Formæ hujus Sacramenti in primis adversatur Transubstantiatio. Explicabimus autem illam primum ex mente & opinione Pontificiorum, & deinde quomodo eam orthodoxi rejiciant, videbimus.

Errores circa formam.

70. Remotam nobis breviter exponit Concil. Tridentinum sessione 13. Can. 2. hoc Anathematismo: Si quis dixerit in Sacro Sancto

Transubstantiatio.

Et e Eucharistie Sacramento remanere substantiam panis & vini, unâ cum corpore & sanguine Domini nostri Jesu Christi: negaveritq; mirabilem illam & singularem conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus duntaxat speciebus panis & vini, quam quidem conversionem Catholica Ecclesia aptissimè transubstantiationem vocat, anathema sit.

71. Et Bellarminus lib. 33. de Sacram. Euchar. cap. 18. & 19. inquit: Catholicam Ecclesiam docere panem converti in corpus Domini, & vinum in sanguinem, eamq; conversionem non partialem, sed totalem esse simulq; propriam rationem essentiae corporis Domini in Eucharistia.

72. Utque res adhuc fiat manifestior, tria observanda esse monet cap. 18. Primum est, quod ad veram conversionem quatuor conditiones requirantur. Prima ut aliquid desinat esse id, quod erat antea, idque simpliciter & secundum materiam & formam. Altera ut aliquid succedat in locum ejus, quod desinit esse. Tertia ut sit connexio quædam & dependentia inter desitionem unius & successionem alterius, ita ut unum desinat, & alterum succedat, & vi desitionis fit successio. Quarta ut tam terminus à quo, quam terminus ad quem sit verè positivus.

73. Secundò hinc observandum esse dicit, ad veram conversionem non requiri, ut id, in quod aliquid convertitur, de novo producat; sed satis est, si unum alteri succedat, sive id tunc produ-

C

produ-

— producat, sive aliunde adducatur, sive alio modo id fiat: Ubi porro distinguit inter conversionem productivam, adductivam & conservativam: tandemque concludit conversionem hanc tantum adductivam esse: Additque rationem: *Nam, inquit, Corpus Domini praeexistit ante conversionem, sed non sub speciebus panis. Conversio igitur non facit ut corpus Christi simpliciter esse incipiat, sed ut incipiat esse sub speciebus panis.*

74. Tertiò hinc notandum, pergit Bellarminus, subjectum in quo recipitur actio divina hujus conversionis, partim esse panem, partim corpus Christi. Nam illa actio, ut conversio, in pane recipitur: Panis enim est, qui convertitur: At illa eadem actio, ut adductiva corporis CHRISTI in ipso CHRISTI corpore recipitur: illud enim est, quod adducitur, hoc est, acquirit esse sub speciebus panis, quod antea non habebat. Arque haec natura conversionis juxta Bellarminum & Pontificios.

75. Sequitur nunc ejus probatio, quam quadruplicem proponit Bellarminus cap. 19. & seqq.

76. Prima sumitur ex verbo DEI, & quidem ex verbis institutionis Matth. 26. *Accipite & manducate, hoc est enim corpus meum.* Ubi addit: *Hæc verba necessario inferunt, aut veram mutationem panis, ut volunt Catholici, aut mutationem metaphorice, ut volunt Calvinistæ.* Sed hæc probanda non est. Ergo illa.

77. Alter nititur testimoniis Patrum. Ubi primum Lutherum carpit, quasi is in *lib. de Captiv. Bab. cap. 1.* turpiter labatur in historia. Cum enim ibi scribat Lutherus figmentum transubstantiationis Thomisticum esse, addatque illud ante Concilium Lateranense sub Innocentio III. celebratum, usque ad Annum Christi 1213. ignotum fuisse: Colligit inde pueriliter & ineptè Bellarminus, Lutherum facere Thomam Aquinatem Concilio Lateranensi antiquiorem.

78. Hinc præmissâ calumniâ, conatur porro probare, opinionem de transubstantiatione Concilio Lateranensi multo antiquiorem.

eiquiorem esse, imò semper in Ecclesia & N. T. assertam & defensam fuisse. Adducit igitur testimonia Justini, Irenæi, Tertulliani, Cypriani, Cyrilli, Ambrosii, Georgii Nisseni, Gaudentii, Chrysostomi, Augustini & aliorum.

79. Tertiò hoc suum thema probat ex definitione & consensu Ecclesiæ ab annis quingentis.

80. Ultimò adhibet probationes ex convenientia rationis: ubi duo probat: Congruum fuisse, ut substantia panis abesset. Deinde congruum fuisse, imò etiam necessarium, ut panis accidentia manerent. Verùm rationes, quibus duo hæc themata confirmat Bellarminus, jejuna, ridicula, & nullæ sunt, ut in progressu videbimus.

81. Cæterum nos cum orthodoxis transubstantiationis figmentum rejicientes, duplex argumentorum genus adhibemus: *κατὰ φυσικὸν & ἀντικατὰ φυσικὸν.*

82. Sit igitur thema nostrum: *Transubstantiationem Pontificiorum purum putum figmentum esse.*

83. Probamus id eadem methodo. I. Ex Scriptura Sacra. Quia nullibi legimus, Christum hisce syllabis dixisse, HIC PANIS EST CORPUS MEUM: sed ἄρα, Hoc, quod mediante pane vobis do comedendum, est corpus meum: Sed est phrasis Ecclesiæ ad imitationem illarum: *Verbum est caro.* Joh. 1, 14. *Columba est Spiritus.* Joh. 1, 32. & 33. *Flammei curru sunt Angeli.* 2. Reg. 6, 16. & 17.

84. Quemadmodum autem propositiones hæc sine permutatione intelliguntur: ita etiam sacramentalis illa (*panis est corpus Domini*) nondum subinfert substantiæ mutationem.

85. II. Apostolus Paulus sæpius & antè & post recitationem verborum & quidem in ipso Sacræ Cœnæ usu panem appellat panem, 1. Cor. 10, 16. 11, 23, 26, 27, 28.

86. Deinde orthodoxorum Patrum sententia idem probat. Theodoretus qui Ephesinæ Synodo interfuit, & in Calcedonensi quoque postremus non fuit circa annum Christi 466, in Dial. 1. qui ἀτρετῶ / ὁ inscribitur, ita se explicat. *Dominus voluit eos,*

Transubstantiationis refutatio.

qui divinorum mysteriorum sunt participes, seu qui ad S. Cœnam accedunt non intentos esse naturam Elementorum, quæ videntur, sed per nomen mutationem eò instigari, ut fidem adhibeant ei mutationi Elementorum, quæ sit ex divinâ gratiâ. Idem itaq; CHRISTUS, qui naturale corpus cibum & panem nominavit, quiq; seipsum etiam vineam nuncupavit, ille quoq; symbolo quæ videntur corporis & sanguinis sui appellatione honoravit, non naturam ipsam mutans, sed gratiam naturæ subjiciens.

87. Dicit igitur Theodoretus mutationem hinc fieri per *ωροτρον*; ita ut pani terreno accedat donum gratiæ, quod est Christi corpus. Natura vero panis nequaquam aboleatur.

88. Imò adhuc clarius loqui videtur, Dial. 2. *Neg; mystica symbola post sanctificationem (arrige aures Jesuita) propriam suam naturam amittunt; Manet enim in priori sua natura & retinet priorem figuram & speciem.*

89. Quid clarius contra transubstantiationem dici posset? Verum progrediamur & Pontificem cum Pontifice committamus. Gelasius Pontifex, qui vixit circa annum Christi 500. in libro contra Eutychen & Nestorium adserit panem & vinum in divinam, Spiritu Sancto perficiente, transire substantiam.

90. At, inquis, hoc est quod urgent Pontificij? Ita est: sed audi explicationem, quam statim his verbis subjicit: *ita transunt in substantiam corporis & sanguinis CHRISTI, ut tamen substantia Panis & vini non desinat. Item: Transeunt in divinam substantiam, permanente tamen pane & vino in suâ proprietate naturali.* Idque porro explicat exemplo unionis hypostaticæ, nempe, quod ita permaneant, sicut in CHRISTO duæ naturæ permanent.

91. Quod verò dixerit panem & vinum transire in divinam substantiam, ejus hanc reddit rationem: nimirum quod per ea divina nature efficiamur consortes, communicato nobis corpore & sanguine Christi.

92. Tam manifestum hoc Pontificis contra Pontificem est testimonium, ut Caspar Contarenus Cardinalis in Colloquio Ratisb. anno 1541. obstupuerit, cum idà nostris allegatum audivisset.

93. Por-

93. Porro Hesychius, qui sub Arcadio & Honorio circa annum 400. floruit, lib. 2. in Leviticum cap. 8. duas in Sacra Coena confitetur substantias his verbis: *Propterea sacerdotibus V.T. carnes cum panibus comedi praecepit Dominus, ut nos intelligeremus, illud ab eo mysterium dici, quod SIMUL PANIS ET CARO EST.* Et eodem in loco idem inquit, *Sed hoc, quod reliquum est de carnis & panibus in igne intendi praecepit. Quod nunc videmus etiam sensibilibus in Ecclesia fieri, ignique tradi, quaecumque remanere contigerit inconsumta.*

94. Profecto si tum temporis figmentum transubstantiationis, quodque extra usum sub speciebus panis & vini adsit corpus & sanguis Christi in Ecclesia assertum & defensum fuisset, ut hodie delirant Pontificii; haudquaquam reliquias S. Coenae sensibilibus cremassent, tantaque injuria S. S. Christi corpus affecissent.

95. Audiamus etiam Augustinum in sententiis Prosperi ita loquentem: *Hoc est, quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus: Sacramentum hoc duobus confici, DUOBUS CONSTARE, visibilium elementorum specie, & invisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine.*

96. Objicit Jesuita: *Per speciem hic intelligi externa panis & vini accidentia.*

97. Nugae sunt: quandoquidem species hic Patribus significat ipsam panis & vini essentiam, quod vel maxime inde est manifestum. Patres enim ejus temporis, ut & recentiores, Justinus, Cyprianus, Augustinus ipse, Chrysostomus, Gelasius, Theodoretus, & alii, unione hac sacramentali utebantur contra Eutychen, qui naturarum in Personam Christi confusionem & abolitionem docebat, & defendere conabatur: nec non omnes alios haereticos, qui duas distinctas naturas in una & indivisa Christi persona ex unione sacramentali Corporis Christi & panis in Sacra Coena gravissimè confutabant & reprehendebant. Quod minimè potuissent facere, si panem in corpus & vinum in sanguinem Christi mutari penitusque consumi asseruissent.

98. Damascenus quoque licet frequenter in negotio Sacrae Domini Coenae utatur voce *μετὰ ποιήσεως*, satis tamen luculenter se explicat *lib. 4. de fide Oribodoxa cap. 14. pag. 318.* His ipsis verbis: *Carbonem vidit Esaias. Carbo autem simplex non est, sed unicus igni: sic panis communionis non panis simplex est, sed unicus divinitati & corpus unitum divinitati, non una & eadem illi natura est, sed una corporis, & unius divinitatis altera: quare amborum simul non una natura est: sed duae.*

99. Quid multis? Ne unicum quidem producere potest Patrem Bellarminus, qui, ante Annum Christi octingentesimum substantiae mutationem saltem nominaverit.

100. Tandem eadem nostra sententia convenientiam rationis probabitur: I. Quia pugnat cum ipsa natura Sacramentorum, quae duabus rebus, terrenam & coelesti constare, autoritate scripturae & orthodoxae antiquitatis dicitur. II. Quia ut in Baptismo, ipsis attestantibus Pontificiis, substantia aquae manet: ita quoque in Eucharistia panis & vinum essentiam suam retinere debent, ut sint organa sive media, quibus corpus & sanguis Christi à nobis manducetur & bibatur. III. Quia accidentia non sunt sine suo subjecto, quod etiam arguunt. Quemadmodum per accidentia omnis substantia secundum sensum cognoscitur & distinguitur. Atqui in pane & vino sunt omnia accidentia, omnes proprietates, à posteriore demonstrantes tales substantias. Qui igitur panem & vinum negat in Eucharistia, ipsam sensum negat. IV. Corpus Christi computrescere & sanguinem ejus acescere impossibile est. At panis consecratus & à Pontificiis reservatus computrescit & in vermiculos convertitur. Vinum verò acescit: Ergo panis reservatus, item quae vinum essentiam suam sunt Panis & vinum, & non tantum juxta speciem & accidentia. V. Si post consecrationem vinum non est amplius vinum, sed ipse essentialis Domini sanguis, quid causae est, quòd inter caetera Pontificii contendunt etiam propter abstemios alteram duntaxat Coenae specie utendum esse. VI. Et tandem hunc in modum argumentamur: Omne quod est corpus, illud

illud est: vel formetur ita major. Omne corpus est; Panis est corpus. E. panis est. Major est certissima, nisi forsan τὸ μὴ ὄν, καὶ τὸ ὄν, ἀνυπαρξία καὶ ὑπαρξίς, tibi sit idem. Minor fundatur in ipsis verbis institutionis S. Cœnæ, quando Christus inquit de pane, Hoc est corpus meum: Vera itaque erit & Conclusio, panem in S. Cœna esse, & non desisse esse.

101. Atque hæc sunt pro nostra sententia argumenta κατὰ σκεδασμὰ: sequitur nunc ut ἀνασκεδασμῶς contra Bellarminum pugnemus.

102. Ut igitur ad conditiones conversionis, à Bellarmino excogitatas, primùm respondeamus. Ridiculæ illæ sunt, & nullo omninò Scripturæ fundamento innituntur.

103. Deinde panem desisse in S. Cœnâ, illud argumentis jam allatis, sufficienter, nî fallor, refutatum est. Adde quod in rationibus suis turpissimam contradictionem committat, Bellarminus. 1. Negat panem annihilari, vel in non ens redigi. 2. Affirmat panem ita aboleri, ut neque forma, neque materia, neque partes ullæ sint reliquæ. Unde ita argumentamur.

Quicquid ita aboletur, ut neq; forma, neq; materia, neq; ulla partes sint reliquæ, id annihilatur. Atqui Panis, qui in S. Cœna non annihilatur, neq; forma, neq; materia, neq; partes ulla sunt reliquæ.

Ergo Panis qui in S. Cœna non annihilatur, annihilatur.

Major est certa. Nam omne ens aut substantia, aut accidens. De accidente quæstio hic non est: Cùm nobis persuadere velit Bellarminus, panem mutari in substantiam corporis Christi. Substantia autem triplex est, monente Philosopho, lib. 2. de Anima cap. 1. Materia, Forma, & ex his compositum, neque plures substantiæ species dari possunt. Quocirca, qui affirmat, omnes alicujus partes essentielles, nempe materiam, eamque non secundam duntaxat, sed etiam primam & formam in superque omnes partes aboleri; is non aliquid, sed nihil relinquit: Omnis autem mutatio, quæ ab esse positivo ad esse simpliciter negationum annihilatio est: nisi forsan inter τὸ ὄν & μὴ ὄν cū Antisthene non sine pessima absurditate mediū fingere velis. Cum igitur Major certa sit,

fit, & minor ex ipsius Bellarmini verbis desumatur, manifesta est
deformis Jesuitæ *ἀντιφάσις*.

104. Sublatâ igitur conditione primâ, ultrò secunda & tertiâ
concidunt. Si enim Panis non aboletur, quomodo aliud in ejus
locum essentialiter succedet, quod dicit conditio secunda. Si
autem nihil succedit, & nihil aboletur, quomodo dabitur de-
pendentia inter desitionem unius & successionem alterius?
Non entis enim non dantur qualitates.

105. Porro quia illa dependentia nihil est, frustrâ ex illâ col-
ligit transubstantiationem, non esse annihilationem: cum
hæc terminetur ad nihil: illa verò ad aliquid, nempe corpus
Domini.

106. Frustrâ etiam adducit simile à transmutatione naturali
desumptum: Nam hic omninò verum est, quod non rectè in
corruptione dicatur annihilari, hoc est, terminari ad nihil ne-
gativum: Cum terminetur non ad non esse illius formæ, sed
ad esse formæ alterius. Verum id minimè concedendum est de
hac transmutatione Pontificiâ. Nam ibi, verbi causa, aqua,
quando mutatur in aërem, non perit secundum omnes essen-
tiæ suæ partes, sed relinquitur sub utraque forma communis ma-
teria: Quæ in transubstantiatione, ex sententia adversariorum
tota simul cum forma tollitur. Oportet igitur ut in ejusmodi
actione primum tota essentia panis intereat, adeò, ut ejus cor-
ruptio terminetur in nihilo negativo & tùm in ejus locum cor-
pus Domini substituatur. Ut igitur in transubstantiationibus
naturalibus successio esse potest formæ post formam, quia ma-
teria prima communis est, eique adhæret privatio, quæ conjun-
ctam habet habilitatem, quâ, verbi causa, aqua ita per suam
naturam est affecta, ut ex illa aër fiat, aliquidque de essentia
aquæ transeat in essentiam aëris nempe materia: ita hîc in tran-
substantiatione nullo modo potest succedere corpus Domini pa-
ni, cum nihil de substantia panis transeat in corpus Christi, quòd
& materia & forma & omnes ejus partes pereant. Quomodo
igitur non erit panis annihilatio? Quomodo etiam hic fingi
poterit

est
ria
jus
Si
de-
s?
ol-
n-
us
ali
n-
e-
ed
de
a,
n-
a-
m
di
r-
r-
us
a-
n-
n
ia
n-
d
o
ri
it

randa requiritur, hic omnino adhibendam esse. Tali ergo cum fiducia, præsupposita vera fide salvifica, qui vel ordinariis vel extra ordinariis mediis utitur, illi certe ea proderunt, si non ad corporis, omnino tamen ad animæ sanitatem. 4. Patientia porro in protractione vel denegatione auxilii. 5. Gratiarum actio & debita deprædicatio; quarum illa in omnibus bonis; hæc in omnibus bonis & malis semper adesse debent, hoc quoque loco non intermittenda.

9. Quid tandem exinde expectandum sit? si quærat: Nos in præsentiarum *gratiæ signum* esse censemus: sicut Medicinæ origo ad DEI bonitatem reducitur. *Syr. XXXVIII.* non tantum, quo multis miseris succurratur sed & cum vera Lutherana Ecclesia in hisce turbis maxime prematur, ut ita quasi externam refocillationem aliquam habeat; hostesq; porro experiatur imposte- rum minus graves & infestos. Et si enim doctrinæ veritas inde non probetur; cum eadem & in illa & in nostra Ecclesia ex verbo DEI satis probata sit: adversarii tamen externis ejusmodi à DEO Ecclesiæ concessis bonis permoveri debent, ad diligentius inquirendum in nostram doctrinam, ejusq; cum verbo DEI conformitatem: cum alioqui si adhuc majora fierent mirabilia, non nostræ doctrinæ ex illis, sed prout & quatenus cum verbo DEI convenit, fidem adhibendam esse statuamus: Speramus etiam veram religionem amplectentibus pro futura illa beneficia ad frequentiora & ardentiora veræ pietatis exercitia; ne corporis sublato morbo anima gravius laborare incipiat; ut melius fuisset nunquam sanari, meliusve esset morbum statim redire. Nec vero imaginemur propterea nobis aureum seculum, sine cruce Ecclesia non est, nec nos erimus: ægri à Christo sanabantur; alia interim mala augebantur. Quin imo cum mundus sui similis maneat, & sicut verbum Christi, etiamsi miraculis illustraretur, à Judæis non recipiebatur; Germania quoq; erga gratiosam à Deo concessam Evangelii lucem, ita ut Judæa sese gerat, quem alium eventum imaginabimur nobis, quam quod tanto graviores immineant poenæ, & tempora everfioni Hierolymitanæ similia? Quapropter tanto magis seria poenitentia agenda, pietati studen-

D

dum

dum & precibus vacandum: præsertim cum dies extrema magis
magisque appropinquet, & illa extraordinaria bonitatis indicia
sicut primum ita & alterum Christi adventum instare indicent,
quem gravissima mala, & horrenda iræ divinæ signa juxta Scri-
pturam præcellura sunt. Christi ergo monitum in
memoriam nobis semper revocet:

VIGILATE.

Magne DEUS, dum cuncta creas, tum quicquid ubique est,
Hæc quicquid mundi machina tota capit:

Terrasq; tractusq; maris, totumq; profundum,

Et quicquid presso pondere terra tenet.

Hoc homini prodesse datum est, hic unicus hæres,

Totq; operum solus tunc moderator erat.

Fatales obitus tamen, & mera funera restant

Et subeunt primum noxia fata locum.

Nulla hodie sine labe manet pars corporis, ipsi

Ancipiti vitæ conditione sumus.

Hic fluxus, agrum ille latus dolet, iste capillos,

Nunc illi tremulo pectore mamma salit.

Iste caret visu, solit. caret ille loquelâ,

Nec sensus stupidis auribus ullus inest.

Huic tenera immites urunt præcordia febres,

Hic tumet, & funus bajulat ipse suum.

Iste jacet totus, nil toto corpore sani,

Et negat officium pesq; manusq; suum.

Languida nunc poscunt misera solatia morti

Corpora, & expectat plurimus ager opem.

Hic tu divitias totumq; recludis Olympum,

Et quæ cuncta juvent sæcula, fundis opes.

Tu miseris benefacta palam tua dividis agris,

Et medici laudem, Magne creator, habes.

Sunt verba, sunt mille artes, sunt deniq; nobis

Pharmaca, quæ morbis membra levare queant.

Interdum humanâ major vis usq; stupendum

Ignotumq; arti perpetrat artis opus.

Ipsa

Ipsa etiam tacitis subterlabentia terris
 Suppeditant undas flumina caca suas.
 Manat & insolitis gemmans e fontibus unda,
 Affulget miseris civibus unde salus.
 Expedi iste pedes, capta alter vincula lingua
 Laxat, & insuetos percipit aure sonos.
 Hic sua per totos circumfert lumina campos,
 Miraturq; suis se superesse malis.
 Diffugiunt morbi, luctusq; dolorq; recedunt,
 Et procul a toto corpore langvor abest.
 Non mihi nunc latites Siloe, non Jordanis amnis,
 Non Amana & Pharpbar, non alia unda placet.
 Ars stupet, & tanta spectans medicamina dextra
 Heret, & ipsa suas damnat egena manus
 Ipsa etiam unda novas saliens in luminis auras
 Stat super, & vires non capit ipsa suas.
 Hic ego nunc magni miror fundamenta mundi,
 Cogito & auctorem, qui creat omne, Deum.
 Dirigit haec, totum nutu qui temperat orbem,
 Alme Deus, verbo statq; caditq; tuo.
 Si pars una solo debetur, at alteri caelo:
 Dividit officium terra potusq; suum.
 Maeste animo, vunc, Docte FABER, dum pectore celfo
 Alta supergressus sidera, colla levas:
 Quæris & unde suas arcessant singula causas,
 Id quoq; causa tua maxima laudis erit.

M. Johannes Meisnerus Torg. Fac. Phil.
 Adjunct. & h. t. Decanus.

Ἐκφαντον κτῆα ὅς τῆς μέγιστον παφλάζειν φρένα γνώσεως γλυκίστη
 κλειῆς ἰδιοσύνης καλῶς ἔθηκας, ὁρμῆ θεατεσίης, ἔδως πρόδηλον,
 ἔξειπὼν πινυῶς τὰ κρυπτὰ σεμνῶν θείων ἴφι ὑπὲρ λόγων μάχεσθαι.
 μισάων, ποσάκισ τῆν καθέδραν ἔμμενον σφετέρω δέμω, καὶ ἠδὲ
 εἰ μὲν εἰν ἔδοκασε, νῦν σεῦ αὐτῆς Δωρὸν σοι ἀρετῆ κλέος ὀπίσσει.
 M. Johannes Crüger Lubec.

Alta ferri dignitatum munia
 Lauroq; dignum consequi qui discipit,
 Curam, & labores huc oportet dirigit,
 Ut arduam statim à tenellis unguibus
 Virtutis infestat viam, tumq; artibus
 Pereruditis fingat ad recti decus
 Pectus suum, tum blandientis otii
 Vitet venenum turpe, noxium, malum:
 Nam per viam hanc compendiarium Viri
 Summi, verendi, dignitate splendidi,
 Flos corculorum Socrates, Isocrates,
 Plato, ac Platonis infecuti secula,
 Et inclytum nomen paraverunt sibi
 Et invidendum nominis decus quoque.
 Jacobe Faber, Patria nascens honor,
 Dilecte Musis, & mihi charum caput.
 Tu ter quater felix & amplius, cui

Apollo Phoebus contulit pleno sinu
 Dotes suas benigniores: est tibi
 Connata virtus, indolesq; cultibus
 Formata rectis, est & entheus vigor
 Mentis, potens & ingenivis ac sagax.
 Hinc per scientiarum & artium vada
 Præcepis ruis, nec in Sophistarum scholâ
 Solum acquiescis, spiritus ubi ignei
 Fortis juvenæ provocantur publicè,
 Sublimius sed pergere ardet, nescia
 Met à capi, sed aureas cæti vias
 Inire mens gaudet quoq; & DEO sacrum
 Penetrare limen, inò mirandas vices
 Rerum, & stupenda facta maximi DEI
 Extendere orbilatiùs avert: Benè est:
 Namq; hac viâ ad Parentis infulas brevi
 Laudesq; consurges. Vale decus meum.

Sanctioris amicitia ergò

בְּלֵא יֵלֵךְ לְךָ

f.

Johannes Nicolai Naxschovius Danus.



Tὴς γονέας τῶ ἰχναῖοις ὅτι δόξα μέγιστη.
 Καί σου καλῶς ζήλοῖς μείζονα εὐδοκίμων.
 Τῆς ἰερέα ἀσθεῖς συγχαίρω εὐμαλα γνωτῶ:
 Εὐλογέω κάματον, τὴν προκοπὴν τε λέγω.
 Ἐμμενε τῇ ἀσθεῖ, εὐζηλία ἔμμεν' ἀδελφῆ;
 Παιδάς μὴ ἀμελεῖ σεμνὰ βραβεῖα φέρειν.

Fratri fraternè posuit

Johannes Faber Danus.

F I N I S.

ML
I
i
um.
LIS.
LIS.

05 A 1315

ULB Halle 3
003 780 740



VD 17

Ed.







B.I.G.

Farbkarte #13



JESU!

S CHRISTI,
Post Trinitatis Marc, 7.

DE
SERO, D. & PP.

ENTE
RO, DANO.

litorio Theologorum
m Dominicam.

RGÆ,
eri Acad, Typogr.
XLVI.

